

alii quamplures clerici et laici fide digni. Datum Grunenberc, anno gratie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>L<sup>o</sup>XXXVI<sup>o</sup>, indictione XIII<sup>a</sup> et III nonas ianuarii.

1286 Januar 3, Grünberg

*Original: SächsHStA Dresden, 10001, Ältere Urkunden, Nr. 1119; Pergament: 17 cm hoch, 29 cm breit, Plica: 2 cm; Besiegung: Das beschädigte Siegel der Äbtissin an Pergamentstreifen; Rückvermerk (16. Jh.): VJ margk testament Bo Gothfridt von Schlobitz ins closter Grunberg vermacht etc. — Edition: Schöttgen/Kreysig, Dipl. II, S. 510 f., A. 1286. — Regest: Schmidt, Die urkundlichen Nachrichten von Schleiz aus dem Mittelalter, S. 2, Nr. 6; Wiemann, Frankenhausen, S. 32, Nr. 4; Schieckel, Regesten, S. 313, Nr. 1372.*

**24.** Landgraf Albrecht von Thüringen verleiht dem Zisterzienserkloster Grünhain die bisher zur Stadt Zwickau gehörige Gerichtsbarkeit über die Dörfer Crossen, Bockwa und Hohndorf.

1289 November 12, Erfurt

*Original nicht zu ermitteln. — Edition: Schöttgen/Kreysig, Dipl. II, S. 533 f., § 21. — Regest: UB Vögte I, S. 119, Nr. 240. — Zur Sache: Märker, Grünhain, S. 21; Kahleyß, Bürger und Kirche, S. 120 f.*

Nos Albertus dei gratia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus universis tam presentis quam futuri aevi<sup>a)</sup> Cristi fidelibus cupimus fore notum, quod venerabili cenobio de Grunhain, Cisterciensis ordinis, hac insinuacione facta demonstramus et indicamus, a nobis esse datam et collatam libertatem suorum prediorum et quodvis supervacue sit, eorum precibus postulatum, quod dudum eis fuerat a iure communi concessum, tamen eorum instanciis divine remuneracionis intuitu, perpetuo annuentes, ad hec aurem benevolam inclinando, dedimus, contulimus in eosdem fratres dicti monasterii omne ius possedendi seu<sup>b)</sup> quasi possedendi in prediis suis, allodiis, grangiis, pascuis, pratis et silvis, saltibus et nemoribus, piscinis et bustis et omnibus aliis, ut generalis clausula subiecta omnia complectatur, et specialiter tres villas eorum, videlicet Crossen, Bockwin et Hoendorff, eximimus ab omni iurisdictione ordinaria iudicum et iudicii civitatis nostre Czwigkaw, rationabilis consilii nostri tenore perpenso in hac parte, districta moderacione prescribimus. Volentes hanc cartam incommutabiliter omnino tenere, ut ipsi et eorum familia, rustici, mancipia vel bona fine ipsis servientes, nullorum sordidorum munerum fece vexentur, non ad angarias vel per angarias, vecturas, collaciones, contribuciones ad expEditionum subsidia exercituum ducendorum aliquatenus teneantur, in omnibus huiusmodi nulla eos nocens noxa contingat, ymmo liberos eos esse volumus ab omnibus prestacionibus huiusmodi et immunes. Promittimus hec rata et firma tenere, pro nobis et nostris successoribus et subditis, et nolumus contravenire nos et filii nostri aliqua calliditate, machinacione, ludibriis, fraude vel dolo, quod absit omnino. Sed hoc perpetuum ubicunque lectum fuerit vel eius tenor dictus vel actus, robor debitum obtineat firmitatis, et sit de sollennitatibus nichil obmissum, sed omnia presumantur sollenniter acta presumpcionem tali, que non recipiant probacionem